

XII Olimpiada Języka Łacińskiego 1993/1994 - III etap

Quantum apud antiquos Romanos ius iurandum valeat.

Lucio Manlio Auli filio, cum dictator fuisset, Marcus Pomponius tribunus plebis diem dixit, quod is paucos sibi dies ad dictaturam gerendam addidisset; criminabatur etiam, quod Titum filium, qui postea est Torquatus appellatus, ab hominibus relegasset et ruri habitare iussisset. Quod cum audivisset adulescens filius negotium exhiberi patri, accurisse Romam et cum primo luci Pomponii domum venisse dicitur. Cui cum esset nuntiatum, qui illum iratum allaturum ad se aliquid contra patrem arbitraretur, surrexit e lectulo remotisque arbitris ad se adulescentem iussit venire. At ille, ut ingressus est, confestim gladium destrinxit iuravitque se illum statim interfectorum, nisi ius iurandum sibi dedisset se patrem missum esse facturum. Iuravit hoc terrore coactus Pomponius; rem ad populum detulit, docuit, cur sibi causa desistere necesse esset, Manlium missum fecit. Tantum temporibus illis ius iurandum valebat.

M.T. Cicero *De officiis* III, 112

Objaśnienia:

Cum primo luci = prima luce

Lucius Manlius Capitolinus - syn Aulusa, dyktator w 363r a.Ch.n.

Marcus Pomponius - trybun ludowy w tych czasach

Torquatus - przydomek od torques - łańcuch na szyję, nadano go rodowi Manliuszów